Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tube. & fistule. & cytharę. sambucę. &
psalterii. & symphonię. & uniuersi gene
ris musicę cadentes adorate statuā auream
quā constituit nabuchodonosor rex. Siquis
autē ñ ceciderit & adorauerit eadē hora
mittetur in fornacē ignis ardentis. Non
quo omnes ppli uniuersarū nationū
in campo duraṁ potuerunt congregari.
& adorare auream statuā. sed quo in prin
cipib⁹ cunctarū regionū omīs ppli ado
rasse credantur. Omnē scripturā scām
mente pcurrens. nisi tamen me fallit
obliuio. nequaquā reppero qd sanctę
quisquā deū cadens adorauerit. sed q
cumq; ydola. & demonia. & res illicitas
adorauerit cadens dicit adorare. ut in
psenti loco ñ semel sed crebrius. Et in
euglio diabolus loquit ad dnm. Hec
omnia t dabo. si cadens adoraueris me.
Sed & hoc dicendū. omnes hereticos q
fulgore eloquentię setaris falsum
dogma cōponunt. auream statuā facere.